Inuidamus ergo & nos si ita necesse est in obtrectationibus uestris· tantum ut
ueritatem uerbi di sub litterae tegmine coopertum ad xpm iam dnm con
uersa cognoscat ecclesia· Sic enim dixit & apostolus· quia si conuersus quis
fuerit ad dnm auferetur uelamen· Ubi enim spr dni ibi libertas; Ipse igit
nobis dns· ipse spr scs deprecandus est· ut omnem nebulam· omnemque
caliginem quae peccatorum sordibus concreta uisum nri cordis obscurat
auferre dignetur· et possimus legis eius intellegentiam spiritalem·
& mirabilem contueri· secundum eum qui dixit· reuela oculos meos·
& considerabo mirabilia de lege tua· Igitur quam possimus pauca
perstringamus ex multis· non tam singulorum uerborum explanati
ones tudentes· hoc enim facere per otium scribentis est· Sed quae ad aedi
ficationem ecclesiae pertinent proferentes· ut occasiones potius intelle
gentiae auditoribus demus quam expositionum latitudinem per
sequamur· secundum illud quod scriptum est da occasionem sapienti
& sapientior erit· Principium ergo leuitici dicit; quia uocauit dns mo
ysen· & locutus est illi de tabernaculo testimonii· ut promulgar& filiis
israhel sacrificiorum leges & munerum & ait· Si homo munus offer&
do ex bubus uel pecodibus id est agnis uel haedis· Si uero ex auibus turtures·
uel pullos columbarum· Si uero non homo sed anima offerat munus do
ex simila inquid offerat panes azimos coctos in clibano· uel certe simi
lam· ex sartagine in oleo conspersam· aut ex craticula in oleo· nihil o
minus subhactam· tum deinde edocemur quia fermentatum· nihil
omnino oporter& offerri ad altare di· neque mel usquam sacrificiis
admisceri· sed sale saliri omne sacrificium uel munus· secundo in loco
de primitiarum preceptis sacrificiis quae recentia hostia bene pur
gata offerri dno iub&· post haec sub eadem legis continentia de sacri
ficiis salutaribus iungitur primo ex bubus· secundo ex ouibus· In qui
bus tamen liceat siue in agnis siue in haedis· uel feminas offerre uel ma
res· & nihil preter haec animalia decernit in sacrificiis salutaribus
offerendum· Sed repetamus paulolum & uideamus primo omnium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0390